



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XVIII. Die Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

Confess. quot.
B.V.

Conscientiam quotidianam exomologesi purgabat, & menstruum deinde generalem Confessionem quot mensibus instituebat. Fama fuit plurimum sermone vulgata, Deiparam illi ali-

quando se praeuuisse spectandam. Sublimem a terra inter orandum conspectum ijs testati sunt, qui id videre. Vita eius prolixior dabitur ad annum 1634

Oratio.

XXVIII DIE MAII.

LEONETTUS GAGLIARDVS SCHOLAST.

Italus Romanus 28. Maij 1564.

Hic tres in Societate germanos habuit, ipso quartus; Diacones iam erat, & curriculum Theologiae necdum emensus, cum mortalitate exemptus est. Hilaris in morbo & ad omnem nuntum obediens, non aliud leuamentum querebat, quam diuina loquentes audire. Corporis dolores calicem suauissimum appellabat; Achillem, Ludouicum, Franciscum germanos ipse solabatur; & saepenumero, enixè precebat ab ijs iuari in gratijs Deo reddendis, gestire visus cum hæc diceret, quod maturam mortem, quod in sinu Societatis migraret de vita. Bono, inquit ad P. Achillem Gagliardum, bono esto animo, Christus Dominus me valde amat. Age meo nomine illi grates. Eius, ac fratrum, Possesuinique vocatio iucunde mutuo illigata in Hist. Societatis ad annum 1559. denarratur.

tutis adolescentem vocant literæ Parisiensis Collegij. Is, inquit, morti proximus cum adstanti Confessario infestum sibi esse Dæmonis presentiam dixisset; iussus ab eo est quære de ipso Dæmone, numquid contra se haberet, ac paulo post sereno vultu ad Confessarium conuersus, nihil haber, inquit. Cumque omnes ad veras, solidasque virtutes cohortatus esset, vitam migravit, singularis planè innocentiae exemplum, cui nihil supremo vitæ tempore diligens, atque criminis accusator objicere potuerit.

P. THOMAS STANNEVS.

Spiritualis Coadiutoris gradum præclarâ, & optimis operarijs propria usque sanctitatis famam virtute ornauit in Anglicana missione, per annos 20. ibidem ante initam Societatem decem annis versatus. Saepè in siluis sub dio illi delitescendum fuit, ut qualem qualem Sacramentis administrandis opportunitatem haberet. Anno integro ærumnosa in custodia & squalores, & morbos perpessus in exilium eiectus est, patientiæ inuictæ laude inclytus ob. dira tormenta, quibus illum integer morborum catalogus exercebat, quorum leuamentum illi erat lecturata vita S. Patris Ignatii, quem cum Beatissimâ Virgine vnice diligebat. Duas orationi, quæ mente per-

Anglus Andomari. 28. Maij 1617. ætat. 62. Soc. 28.

Fides.

Lection.

Oratio.

PETRVS MONERIVS SCHOLAST.

Callus Parisijs. 28. Maij 1582.

Hic morienti nequicquam infestus Dæmon, & singularis eius innocentia, fecerunt, ut quia de vita illius propè nihil ad nos peruenit, mors certè in obliuione non sit. Egregia vir-

Charita.

Mors.

B. V. S. P. Ignat.

Mors.

Patientia.

Mors.

Lusitanus Conimbricæ 27. Maij 69. ætat. 72. Soc. 12.

Mors.

Euchari. V. B.

peragitur horas dabat quotidie; cætera item horarum spatia, quæ quotidie inuisendo sanctissimum Sacramentum. Cum calculo torqueretur, positus humi genibus piè medi-

rando animum occupabat. Contra podagræ verò cruciatus, aiebat se aquam lustralem cum Superioris benedictione habere pro remedio singulari.

Morbus.
Aqua lustr.

XXIX. DIE MAIL.

IOANNES PARNESIUS

COADIUT.

Grifo Cra-
couite. 29.
Maij 1638.
ætat. 45.
Soc. 13.
B. V.
Oratio.

Quod ex hæreticis tenebris ad orthodoxam lucem felix emerferit, pro gratiarum actione anathema argenteum Barri ad Beatissimæ Virginis imaginem in templo nostro appendit. In Societate horas tres dabat quotidie meditationi rerum cælestium, horis de matutina, & vespertina quiete decerptis. Ter quothebdomodis diuinâ synaxi reficiebatur, & quidem festo die cum id ageret quinis, aut senis horis absorbebatur à Deo, mente orando Deo satis amando nunquam satur. Pro supplemento Beatos, & probos omnes accersebat. Quotidie flagello ferid in se animaduertebar & per ipsos 12. annos catenâ ferreâ, eaque geminâ cingebatur, lumbis illâ perquam arctè constrictis, & tamen nihil muralis sui laboris omittens. Extremo vitæ quinquennio impetrauit, ut ab omni carne, ac piscibus abstineret, pane, oleribusque contentus. Ædium faber cum esset, ac impensè laboraret, nullo in æstu sibi vel frigida haustum, aut indulgit ipse, aut indulgeri petiuit. Silentio, patientiâ, orationum iaculatoriarum vsu erat excellens. Sabbato, vti desiderauerat, & prædixerat, extinctus est.

Mortif.

P. SENECA

SCHREIBER.

Pvetatur, nunquam vilo laxamento contra leges Societatis deliquisse, promptum illi ad officia charitatis ingenium non sine Angelica quadam mixtura cælestis modestiæ, quâ omnes reuerbatur, Angeli cognomento abijs haud ex vano donatus. B. Aloysio singulari voluntatis propensione fuit addictus; quippe cuius beneficiâ luculentâ, pedem læsum, & exulceratum, atque à Chirurgis nil iam auxiliij expectantem, sanum iam olim receperat.

Get manu
Oeting. 29.
Maij 1641.
ætat. 31.
Soc. 16.

B. Aloysio.

Italus Co-
niz. 19 M
1631. Soc.

Mortif.
Confiss.

Humilit.
B. V.

P. PETRVS

WRICHIUS.

Huius vitam & mortem inter mortres illustres fusè perscripsi. Post operam religioni Orthodoxæ probè impensam damnatus est ad suspendium, & consuetam carnificationem, tanquam Sacerdos Catholicus. Sub ipso patibulo quidam de Societate illi, baiuli specie, adfuit, & consistentem absoluit; obtentu illo vsus; quasi ab eo mandata extrema & secreta acciperet ad amicos perferenda. Dicenti ministro hæretico; illi veniam eiurato Papismo minimè defuturam, respondit Petrus: *Faceffe, satan: si mille vitas haberens, mille vitas moris libentiss-*

Anglus
Londin.
Maij 1631.
ætat. 48.
Soc. 21.

Anglus
Londin.
Maij. 1631.
Soc. 3.

Fidat.

Fidat.